

108 ELECTARIA.

Galbani colati,
Castorei Russici,
Bitaminis Judaici, vel ejus loco succini albi
preparati,
Radici calami aromatici, singulorum ꝑ,
drachmas duas.
Mellis despumati triplum omnium pondus.

MIXTURA eodem modo perfici debet, ac
in Mithridatio præscriptum est.

N O T A.

ELECTARIA, si arescant, ad debitam cras-
situdinem, vino Canarino admisto, redigenda
sunt; sed neque syrupo, nec melle; hac ratio-
ne dosis minimè incerta fiet; quod in iis, quæ
syrupo conficiuntur, et opio abundant, quales
sunt confectio Paulina et Philonium, in primis
caveri debet.

AQUÆ MEDICA-
MENTOSÆ.

AQUA ALUMINOSA BATEANA.

℞. Aluminis.
Vitrioli albi, singulorum ꝑ. unciam dimi-
diam.

Aquæ

AQUÆ MEDICAMENTOSÆ. 109

Aquæ M. libras duas.

SALES in aquâ coquendo solve, et cum fæces subsederint, liquor per chartam coletur.

AQUA SAPPHIRINA.

℞. Aquæ calcis M. libram unam.

Salis ammoniaci ꝑ. drachmam unam.

STENT simul in vase cupreo, vel cum bracteis aliquot cupri, donec aqua colorem sapphirinum acquisiverit.

AQUA VITRIOLICA CÆRULEA.

℞. Vitrioli cærulæi ꝑ. uncias tres,

Aluminis,

Spiritûs vitrioli fortis, olei dicti, singulorum
ꝑ. uncias duas,

Aquæ M. sesquilibram.

SALES in aquâ coque, ut solvantur, deinde oleum vitrioli addatur, et mixtura per chartam coletur.

AQUA VITRIOLICA CAMPHORATA.

℞. Vitrioli albi ꝑ. unciam dimidiam,

Camphoræ ꝑ. drachmas duas.

Aquæ bullientis M. libras duas.

MISCE, ut vitriolum solvatur, et, postquam fæces subsederint, per chartam cola.

LOTIO SAPONACEA.

℞. Aquæ rosarum Damaſcenarum M. uncias duodecim,

Olei olivarum M. uncias quatuor,

Lixivâ

110 AQUÆ MEDICAMENTOSÆ.

Lixivii tartari M. unciam dimidiam.

LIXIVIUM tartari et oleum olivarum simul
tere, donec misceantur; deinde aquam paulatim
adde.

O L E A

per

INFUSIONEM et DE-
COCTIONEM.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum hyperici, in petala plenè expanso-
rum, recentium, et a calycibus diligenter
separatorum P. uncias quatuor,
Olei olivarum M. libras duas.

OLEUM floribus affunde, et stent simul,
donec oleum bene tingatur.

OLEUM e MUCILAGINIBUS.

℞. Radicum althææ recentium P. libram dimi-
diam,
Seminum lini,
fœni Græci, singulorum P. uncias
tres,

Aquæ M. libras duas,

Olei olivarum M. libras quatuor.

RADICES et semina contusa in aquâ per ho-
ram